

DECISIONES

PETRI ROYZII MAVREI

ALCAGNICEN: REGII IVRISC.

DE REBUS IN SACRO AVDITORIO

Lituanico, ex appellatione iudicatis.

HAC NOVISSIMA OMNIUM EDITIONE A M. D.

LEONARDO A LEGE Iurisconsul. Mantuano
recognita, & expurgata.

Cum indice verborum & rerum locupletissimo.

ATQUE SEQUENS PAGELLA SINGULARUM DECI-
sonum singulas materias explanabit.



VENETIIS,
APVD BARTHOLOMAEVM RVBINVM.
M. D. LXXII.

DECISIONES

PETRI ROYNIAMATI

ALCANTARAE REGII IURISCONSULTI

DE REBUS SACRO-SACRATORUM

DECISIO PRIMA.

De testamento eius, qui mortem sibi consciuit.

DECISIO SECUNDA.

De vitata tabellionum clausula, qua testator agro corpore, sanaque esse mente scribit solet.

DECISIO TERTIA.

De conatu & inchoatis delictis.

DECISIO QUARTA.

De legitimis excusationibus eorum, qui in ius vocati non veniunt.

DECISIO QUINTA.

De foenore siue usuris.

VENETIS

APUD BARTHOLOMAEUM RABINUM

M. D. LXXXII

EPISTOLA

PETRI ROYZII MAVREI IVRECONSULTI, EPISTOLA.

AD SIGISMUNDVM AVGVSTVM
POLONIAE REGEM, PRINCIPEM
OPTIMVM MAXIMVM.



LRAECLARYM opus quoddam est, Sigismunde Auguste Rex, & haud sciam, an de humanis omnibus praclarissimum, ius populo dare, legesq; condere, excelsio quidem ingenio ac mente quasi divina eos esse praeditos constat oportere, qui legibus latis hos hominum coetus, quas Ciuitates appellamus, instituunt, certumq; Reipub. statum

Legislator Ciuitati quid praestet.

pulcherrimis sapientissimisq; praecipis formant, quibus vfi inter se homines, honeste viuant, laedat neminem, manus ab alieno, mentesq; suas abstineant. Deniq; quae a maioribus quisque suis accepta possideret, laboreve sibi suo atque industria quaesiuisset, ijs pro animi sui motu arbitratoq; sine vlla iniuria externave vi fruatur. Hac lege certa informare, salutaribusq; publicè priuatimque institutis firmare, singulare esse, fateor, opus atque arduum: praestare tamē eos, longeq; antecellere arbitror, qui hoc ipsum, quod constitutum est, ius reddunt, quam illi ipsi, qui condidere. Quid enim legis, quaeso, lator amplius ciuitati praestat, quamuis hoc permagnum sit, quam vt bene beateq; ciues viuere, incolumesq; cum liberis fortunisque suis esse possint? Magistratus verò, & quisquis iuridicundo praest, eo plus, vt bene viuant, atque vt absque querella, salui, nullisque obnoxij iniurijs vacuiq; a metu atate degant: Neque enim ciuitas illa est, cui leges datae proponuntur, & certum ius, sed quae legibus, quae iure certo vitur. Quod nisi Magistratus metu, vt est hominum genus in aliena detrimenta daminaq; pronum, atque adeo praiceps, cōsequi nequaquam licet, sit bona, sit aequa, sit sancta, partibus sit omnibus absoluta lex, caelo denique missa, nisi Magistratus seueritate atque manu teneatur, despiciatui fuerit, atque

Magistratus Reipublicae quam legislator, utilior est.

Lycurgus Apollinis

PETRI ROYZII MAVREI ALCAGNICENSIS, REGII IVRISCONSULTI,

Decisio Lituanica Prima.

TITVLVS.

De testamento eius, qui mortem sibi consciuit.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Testamentum, posteaquam manus sibi quis attulisset, re esse atq; ordinè factum, valeat nec ne?</p> <p>2 Qui iudicio carent, testamentum condere iure prohibentur: etiam pietatis causa.</p> <p>3 Augustini Rotundi Prætoris Vithnensis in iudicando verecundia atque modestia.</p> <p>4 Qui est rescripti conditor, idem esse debet interpres.</p> <p>5 Royzii causarum Lituanicarum auditor.</p> <p>6 Multum interest, testari quis potuerit, an secudum leges testatus sit.</p> <p>7 Testamenti ordinatio maxime animi iudicium exigit.</p> <p>8 Ad ea quæ animi iudicio sunt: qui intellectu carent, nulla Principis indulgentia idonci redduntur.</p> <p>9 Impuberes neq; Iudices esse, neque matrimonium contrahere indulgentia Principis possunt.</p> <p>10 Matrimonium inter eos, qui individua vite possessio non copulantur, confirmari nulla Pontificis Maximi autoritate potest.</p> <p>11 Ex lapidibus in commentum perniciem sine causa iactis, furor arguitur. & nu. 57.</p> <p>12 Qui sibi non parcit: multominus alij parces.</p> <p>13 Qui reliquias suas testamento in mare abiect præcipit: ea re imposmensis esse creditur: nisi contrarium probetur.</p> <p>14 Qui mortem sibi consciscens, in sterquilino cum canibus, communem habent sepulchram.</p> <p>15 ægrotus medico non obtemperans, sua non esse mentis quibusdam creditur.</p> <p>16 Cum plures eiusdem rei esse causa possunt, cum vnâ certam aliquam tribuere, non est necesse.</p> <p>17 Mortem sibi consciscendi permulta cause esse,</p> | <p>atque innumerabiles possunt.</p> <p>18 Neronis excessus.</p> <p>19 Cornelij Galli excessus.</p> <p>20 Licinij Macri excessus.</p> <p>21 Dymni Macedonis excessus.</p> <p>22 Quando bonæ metus panæ mortem sibi consciscens, sisco vindicentur? & quando non.</p> <p>23 Royzii responsum Io:ani Luthomiro Regio Quæstorij Consulæti, bonæ Fovolimensis mortem sibi irrogasse crediti, publicari ne deberent?</p> <p>24 Quidam authore Marciano, vitæ tædio mortem sibi irrogant: in quibus Amphion.</p> <p>25 Alij impatientia doloris vitâ suâ manu finiunt: qui exitus Aiæ Telamonij fuit, ob prælatum sibi in armis Achillis Vlysses indignantis.</p> <p>26 Dioxippus pudore victus, manus sibi attulit.</p> <p>27 Sæpe minus est constantia in rabore, quam in culpa.</p> <p>28 Pomponius Atticus morbi impatientia, media se extinxit.</p> <p>29 Gaius Proculeius Augusti Cesaris familiaris in graui stomachi dolore, Gypso potu mortem sibi consciscens.</p> <p>30 Catani Indi Philosophi excessus.</p> <p>31 Festi excessus.</p> <p>32 Scipionis excessus.</p> <p>33 Catonis Vticensis excessus.</p> <p>34 Porcia Catonis filia, cognita Bruti mariti necesse, candentium carbonum haustus se interemit.</p> <p>35 Lucretia, vim à Sexto Tarquinio passa, dedecoris impatiens sua se manu occidit.</p> <p>36 Curij adolescentis Romani excessus.</p> <p>37 Philenum Carthaginiensium excessus.</p> |
|--|--|

men non effugiet, c. nauiganti. de vsu. eam enim cōventionem notissimos mutui terminos egredi, quod gratuitum esse debet, & ab omni quæstus spe vacuum. c. consuluit de vsur. & 14. q. 3. per totum. vide glo. c. conquestus. uerb. de feudo. uersic. illud nota de usur. Et nos aliquis eius quæstionis, qua de re sumus aditi, terminos dixerit fortassis egresos, quod factum à nobis esse, si negare non possimus, in commune tamen consulere uolentis studium reprehendi non debet. In † hoc præsertim fœnoris capite pertractando, in quod qui committunt, eos præter infamiae notam, l. improbum. & ibi glo. & Bal. C. ex quibus cau. infra. irro. & Bero. c. cùm tu. nu. 14. de usur. quæ æquè, aut certè magis, q̄ mors, terribilis esse uiris bonis debet, l. iusta cau. sa. ff. de manu. testa. Gerar. sing. 33. nobiles. & Alex. l. si uictum. ff. de re iudic. & l.

isti quidem §. 1. ff. quod metus cau. & l. reprehendenda C. de institu. & substitu. & Authen. de consulibus ad fi. & l. 2. de offi. ma. offi. & Parisi. de Puteo tract. de re milita. cit. an principes. iure belli. nu. 5. & Parisi. consil. 58. agit. num. 32. lib. 7. & Bero. Rub. de usur. num. 62. sempiternæ manent pœnæ, inexpiabiliaq; diuinis legibus constituta supplicia. c. 1. in princip. & ibi glo. de usur. lib. 6. Sed utinam haud hæc auri cupiditate cæcis scripserimus, quibus Deus nummus est, nihilque tam sanctum esse ac religiosum potest, quod, si uel modici spes refulserit lucri, non uiolare atque infringere ius fasque esse sibi putent. Ignarus si † scilicet humana uita quàm paucis egeat. de quibus ille, mensura tamen, quæ sufficiat census, inquit, si quis me consular, edam, in quantum sitis atque fames, & frigora poscunt.

F I N I S.

V E N E T I I S,
Apud Bartholomæum Rubinum.
M. D. LXXII.